

## S. R. R. Decisiones

dicti anni 1645. Unde addendo credito eorumdem de Ferris firmato in ultima decisione sub dicta die 20. Februar. 1647. in summa scut. 5167. & baioc. 70. dicta scuta 2850. provenientia ex pretio Cimarellæ, & scut. 1434. propter duplicata partitam decrementi monetæ ejusdem Cimarellæ scut. 70. ex geminata diminutione, monetæ fructuum censu cum communitate Mafacci, scuta 358. occasione erroris calculi circa fructus prædii Cimarellæ, & alia scuta 90. occasione alterius erroris calculi circa taxationem fructuum prædii Collis, creditum illorum de Ferris remanet in scutis 9972. & ba. 70. Ex quibus tamen cum debant detrahi scuta 1290. & baioc. 70. propter decrementum monetæ in fructibus prædii Cimarellæ calculatis ad rationem monetæ Marchiæ Julianæ novem pro quolibet scuto, creditum dictorum de Ferris restat in scutis 8682. In quibus idem de Amicis erunt condemnandi.

Cæterarum verò partitarum, quæ longa serie hinc inde, vel ad debitum Tutoris, vel ad ejus creditum fuerunt deductæ, nulla fuit habita ratio in præsenti inspectione in qua agitur dum taxat de comprehensis in dicta decisione. Et ideo Domini dixerunt, quod de illis particula- riter videretur.

Et ita utraque parte, &c.

## DECISIO XLI.

R. P. D. CELSO.

Romana Dotis.

Veneris 5. Junii 1648.

## SUMMARIUM.

- 1 Salvianum non competit sine credito.
- 2 Dotis constitutio alterius probari potest, quam per scripturam. Ex promissione oritur tacita hypotheca, n. 3. Argumentum quando est promissum à muliere, matrimonio constante, requirit solemnitates, n. 13.
- 4 Testibus ad invicem contrariis, fides non adhibetur. Inverisimilitudo facit, ut eis non creditur, num. 9.
- 5 Donatio summae notabilis in dubio excluditur.
- 6 Creditor non est verisimile, quod diu differat exactio.
- 7 Solutio notabilis summae, non presumitur facta sine quitantia.
- 10 Nemo presumitur inimemor salutis æternæ.
- 11 Exceptio format regulam in non exceptis.
- 12 Confessio superat omnem probationem. Præfertur testibus, n. 6.
- 14 Instrumentum est de substantiâ contractus, quando inter partes convenit exitit.
- 15 Testes non concurrunt cum instrumento.

Prosper Maffainus, qui de anno 1630. matrimoniū cum Victoria contraxit, constituta sibi à Julio Smiraldo Patre, dote scutorum 200. præcedens, quod Clarix Fossana, pro dote pariter ejusdem Victoriae, alia scuta 4000. promiserit, intriduxit, post novem annos, iudicium Salviani contra Moniales Sancti Josephi, hæredes ex testamento Claricis, & ab A. C. Locum-tente, sententiam favorablem reportavit, super

immisso in possessionem domus hæreditariæ ejusdem Claricis: Unde causâ appellationis misi commissâ, dubitavi; An intret Salyianum, & proposito plures articulo, illoquo non resoluto, tandem Domini pro Monialibus responderunt.

Dum enim non docetur, de credito, & quidem claro, & indubitate certe interdictum hujusmodi, ut tradit Pacific. de Salv. inspecl. 4. cap. 4. & inspect. 5. cap. unico n. 34. Rota coram san. mem. Greg. decif. 67. n. 1. in recent. decif. 609. n. 1. part. 4. & in Anconitana Salviani interdicti, ultima Januar. 1618. coram Pirovano.

Creditum verò scutor. 4000. quod Maffainus prætendit sibi fuisse promissum, pro dote pariter ejusdem Victoriae, existimarent Domini non relevare: Nam licet constitutio dotis & possit aliter, quam per scripturam probari leg. cum ciuitate ibique gloss. verb. probanti, C. de jur. dot. Bald. conf. 461. n. 2. lib. 4. Mafcard. de probat. concl. 568. num. 1. & seqq.

Et ex hujusmodi promissione dotis resultare tacitam hypothecam, & disponit text. in leg. unica 3. & ut plenius Cod. de rei uxori. act. Negusian. de pignor. part. 2. membr. 4. n. 25. cum aliis per Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 19. n. 1. vers. primum itaque.

Nihilominus testes ad id inducti, ultra exceptiones personales, & alios defectus; quos patiuntur, discordant inter se, in substantialibus, & sunt expressè sibimet ipsis contraria. Nam primus in primo examine, dicit se ignorare cum quibus pactis, & conditionibus fuerit contractum matrimonium, & deinde repetitus, deponit dictum matrimonium tractasse, & conclusisse cum dote scutor. 4000. solvendorum post mortem Claricis, & cum aliis pactis per eum expressis; Negat Julium Smiraldu promississe revelationem, ad favorem Claricis, & in minuta, quam dicit de ejus ordine fuisse confessam, constat aperte de contrario: deponit, quod Clarix mandavit sibi, ut dicta Minuta conficeretur ad effectum stipulandi Instrumentum; alii verò dicunt Claricem recusasse semper Instrumentum confidere, ex quo la sua parola era più, che Instrumento publico; discordant ab ipsa Minuta, nam in illa debebat Clarix solvere fructus dotalia: Testes verò negant Claricem quicquam voluisse solvere, durante ejus vita; omnes concludunt Claricem fecisse hujusmodi promissione ob amorem, quo prosequebatur Victoriae, & sic animo donandi, & in Minuta ipsa Clarix relevari debebat indemnitas à Julio Patre ejusdem Victoriae; unde, attendit tali contrarietate prædictis Testibus nulla fides adhibenda venit, cap. licet causam ibique gloss. verb. contradicunt, & communiter scribentes de probat. Butrius in cap. in nostra n. 5. ubi Abb. n. 3. de Testib. Cephal. conf. 98. nu. 37. Rot. coram san. mem. Gregor. decif. 298. nu. 3. & dec. 510. nu. 2. Buratt. decif. 367. n. 8. & decif. 498. nu. 5. & fuit dictum in Januen. Alimentorum 3. Julii 1645. coram R. P. D. meo Melito.

Inverisimilis etiam visa fuit Dominis depositio dictorum Testium: Tum attenta excessivitate summae scutor. 4000. quam afferunt fuisse promissam à Clarice penitus extranea, & quæ nullam habebat necessitatem dotandi, ad text. in l. cum de indebito, ff. de probat. Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 22. nu. 8. ad fin. cum adductis per Rot. in decif. 69. n. 5. & 6. par. 7. rec.

Tum taciturnitate in petendo per spatiū citer annorum & decem, Menoch. de presumpt. lib. 2. præsumpt. 91. n. 7. & seqq. Aym. conf. 148. num. 12.

## Ad materiam de Alim. Decif. XLI.

n. 12. Gozzadin. consil. 8. n. 46. in fin. Surd. dec. 105. n. 4. Rot. coram san. me. Greg. dec. 521. n. 1. Reatina depositi post Marchel. de commiss. tom. 2. fol. 148. n. 3. & in rec. decif. 244. n. 8. part. 6.

Tum etiam ex negligencia in conficienda, & reponenda scriptura, & cum tamen de summa minori scutor. 2000. fuerit initum Instrumentum publicum, ut benè in proposito arguit Soccin. consil. 44. num. 4. vers. Item non est verisimile, & nu. seq. lib. 4. Rot. dec. 239. nu. 13. part. 4. tom. 2. recen. & decif. 259. n. 6. & dec. 290. n. 10. part. 6. & faciunt deducta in Romana Pecunaria 18. Martii 1647. coram R. P. D. meo Royas.

Inverisimilitudo autem facit, ut Testibus non veniat adhibenda & fides, l. ob carmen, §. fin. ff. de testib. Jas. in l. si extraneus, n. 8. ff. de cond. caus. dat. Abb. in cap. quia verisimile n. 3. vers. nota quod contra testes, & ibi Felin. n. 4. de præsumpt. Alex. consil. 44. n. 4. vers. tercia causa, lib. 4. Rot. coram san. me. Greg. dec. 510. n. 4. Buratt. dec. 175. n. 11. & 23. & in rec. decif. 259. n. 13. part. 6.

Et ultra prædicta dantur duo Testes, pro Monialibus examinati, qui nedum excludunt promissione hujusmodi, sed ulterius deponunt eamdem Victoriae pluries, & pluries conquestam fuisse, quod nec inter vivos, nec in ultima voluntate quicquam habuerit à Clalice Fossana, & quod master Prosperi publicè lamentabatur de modicitate dotis, per filium obtentæ; quod utique non fecisset, si prætentam promissionem scutor. 4000. fuisse confessus; quibus propterea Testibus, tanquam informatis, ac redditibus bonam, & concludentem rationem dicti, omnino est standum, ut in his terminis consuluit Soccin. jun. consil. 12. n. 21. vers. tanti magis, & nu. seq. lib. 2. Surd. consil. 196. n. 64. Rot. dec. 42. n. 4. part. 4. tom. 2. recen. & dec. 69. n. 47. vers. bisque Testis, & decif. 237. n. 7. part. 7. maximè cum illorum depositio coadiuvetur & ex testamento Claricis, quæ constituta in articulo mortis omnia ejus debita, quantumvis minima, expedit, & per hæredem solvi mandavit; & tamen, ne verbum quidem protulit de hac dote, de qua certè mentionem fecisset, si in rei veritate se agnoscat obligatam, cum nemo præsumatur & immemor salutis æternæ, ad text. in l. ult. C. ad leg. Julianam rei, Castrensi. conf. 301. n. 4. vers. Quia non est verisimile, lib. 1. Mantic. decif. 363. nu. 5. Duran. decif. 195. n. 7. & decif. 352. n. 9.

Ac etiam ex testamento Julii, qui mandavit Victoriae ejus filia, & hæredi ab eo institutæ, ne præfatus Moniales molestari permitteret, nisi pro debitis Claricis ab eo solutis, & sic omnem aliam causam ex vi exceptionis, & quæ firmat regulam in contrarium, l. in its, ff. de legib. Rot. coram Buratt. decif. 391. n. 3.

Et demum concurrit confessio utriusque conjugis, quod hujusmodi matrimonium fuerit contractum, & consummatum cum sola dote scut. 200. consistentium pro majori parte in subditi dotalibus, ut ex instrumento sub die 27. Januarii 1630. ibi, Cum sit, quod fuerit contractum matrimonium, illudque postea consummatum cum dote scut. 200. volunties propterea pro cautela, & securitate D. Victoriae, ne in actu temporis repeteretur indotata instrumentum conficeretur. Quæ confessio & superat omnem aliam probationem, l. cum tela 2. Cod. de trans. leg. generaliter C. de non num. pecun. cum vulg.

Et ex hujusmodi Instrumento inferebant etiam Domini prætentam promissionem scut. 4000. nullo modo sustineri posse, etiam quod esset sufficienter probata, nam cum matrimonium fuisse contractum, perfectum, & consummatum cum sola dote

scut. 200, quicquid promissum fuit, etiam si sub titulo, eo nomine dotti, & continet expressam donationem, & subjacet solemnitatibus statuti, cum cestet in eo ratio, l. fin. C. ad Velleian. ut benè in proposito concludit Gabr. consil. 10. per tor. lib. 1. Casanat. consil. 504. n. 36. Rot. cor. Coccino dec. 433. n. 3. & dec. 479. n. 4. & 5. & in rec. dec. 240. n. 3. p. 7.

Quod eo facilius venit dicendum, ex quo partes ipsæ agnoscentes hujusmodi veritatem, ordinaverunt minutam, cum insertione earumdem solemnitatium, ut patet ex lectura ipsius, ibi, Volens modò dicta Clalice omnia, que verbis tractata, & conclusa fuerunt in scriptis, & publicum instrumentum redigere; & cum ipsa sit mulier, & non ignoret hujusmodi contrahit indigere solemnitatibus statutariis, quo casu contractus non dicitur perfectus ex ipsarum partium voluntate & intentione, nisi postquam fuerit celebratum instrumentum; quia tunc dicitur de substantia & ob necessarium dictarum solemnitatium interventum, sive ex legis dispositione, sive ex earundem partium conventione, Rot. dec. 520. n. 4. part. 2. rec. & dec. 199. n. 9. & 10. part. 6. & dictum fuit in Cesenate. censum 3. Junii 1644. coram R. P. D. meo Corrado.

Non obstat, quod Testes pro Prospero examinati, dicant matrimonium fuisse contractum, & conclusum cum dote scut. 4000. qui illi non possunt concurrere cum instrumento publico, l. censu 10. ff. de prob. glo. in c. loco verb. testium eod. tit. Rot. in Placent. Beneficii 29. Maii 1648. coram me, & multò minus cum confessione partis jurata, quæ non admittit probationem in contrarium, Dec. in l. 2. §. creditum n. 18. ibique Jas. in fin. ff. si cert. pet. Aym. conf. 171. n. 10. Cæs. de Grati. dec. 6. n. 2. de testib. Caputq. dec. 283. n. 6. & 7. part. 3.

Et ita utraque parte decimus, &c.

## DECISIO XLII.

R. P. D. GHISILERIO.

Viterbiæ. Redditionis rationis.

Merc. 10. Junii 1648.

## SUMMARIUM.

1 Tutor ante redditum rationem, nec creditor, nec debitor dici potest, & n. 9. Et de ratione, n. 2. Constituit aliarum factori n. 5. Repetit ex oenias pro pupillo factas, quando similes pro se fecit, n. 6.

3 Alimenta pupillo nobili taxantur, in scutis virginis menstruis.

4 Venationis u'us convenit habenti jurisdictionem.

7 Exceptio unius partite præsupponit inclusionem aliarum.

8 Liquidi executio non retardatur propter illiquidum.

10 Periti errantis relatio non attenditur.

S Uscepta tutela, & cura de an. 1622. quondam Co. Ludov. & aliorum de Marciannis, ab Alex. de Marciannis, sub obligatione Camerali, de restituendo reliquatum, quam gessit usque ad an. 1632. administrando totum patrimonium dictorum pupillorum, à d. Ludov. fratribus suis prædefunctis, De an. 1636. pro redditione rationis contra dictum Alex. fuit motum judicium, in partibus, deinde coram bo. me. Motmanno, in cuius locum fui subrogatus, ac lite pendente, fuerunt electi Periti: Interni defuncti d. Ludov. cui successit Marchionissa Catharina ejus Mater, de consensu partium, fuit deputata

deputatus tertius Peritus, Ant. Alifer, qui retulit d. Tutorem Alex. remanere debitorem sc. 46766. cum quibus sunt compensandæ expensæ pro aliamentis dd. pupillorum, arbitrio S. Rot. taxandis; & quia etiam compensatis dd. expensis alimentorum, prætendebatur à Marchionissa remanere debitorem d. Tutorem proposui dubium, an, & pro qua summa esset relaxandum mandatum; quod fuit negativè resolutum.

Nam Tutor non potest dici debitor pupilli, seu quisvis alius administratorum ad reliquatum conveniri, nisi integrâ redditâ ratione administratio- nis, & omnibus partitis hinc inde discussis, Anchar. conf. 235. n. 1. in fin. Alex. conf. 192. n. 1. & 2. lib. 7. quia incivile esset condñare, non considerata tota causa administrationis, sicut judicare non perspecta tota lege, cum rationes sint individuæ, & antequam integræ reddantur de reliquatu non constet, ut devinatur ad relaxationem mandati, Escobar. de ratio- cin. c. 21. n. 12. & 19. Multæ autem partitæ ad creditum Co. Alexand. relicta sunt in suspeso; Et primò alimenta præstata à Co. Alex. d. Ludov. & Dida- co fratribus, ac Constantiæ fororius ex relatione d. tertii Periti, ibi, se li doverano far buone le spese de gli alimenti conforme faranno tassate dalla Sac. Rota, &c. Quorum quantitas respectu d. Ludov. in suffi- scut. 20. quolibet mensæ usque quo per venerit ad an. 20. est verisimilis, comprehensis expensis Pædagogi, & unius familiæ necessariorū instruções, curæ, & servitio Nobilis juveni, l. cum plures §. cum Tutor. ffide admin. tut. & de Pædago. Rota in Mace- rat. redditionis rationis 20. Feb. 1647. §. cum tutor, coram R. P. D. Melito. Cavalc. de tut. n. 235. sicut etiam expensæ sc. 35. in singulis mēibus pro duobus annis, & 10. mensibus manit sub cura post 20. annum habita ratione famulorum, equorum, & canum ve- natorum congruentium juveni habenti jurisdictionem in duobus Castris, inter se distantibus, ut ad ea possit accedere, cum debito decore. Venationis au- tem usus necessarius + videtur, pro implicandis ju- venibus Nobilibus, ne ludis, aliisque illicitis applicentur, Jaf. sup. pragm. de antefac. Tribunal. 27. n. 382. fol. 182. fuerunt præterea in suspeso relicta expen- se factoris, + & equi pro illius servitio necessarii in scutis sex quolibet mense. Escobar. de ratiocin. c. 27. n. 35. vers. advertendum. Menoch. conf. 228. n. 26. fru- tus, & censu & societatum officiorum initaru p. d. Tutorem + ex causa communi solvendo ditem d. Franciscæ fororis, & Amitiæ respectivè. Basilio illius 2. Viro, resultat enim bona fides, ex quo fecit idem pro se, l. cum plures §. que bona fide, ff. de admin. tut. Guttier. de tut. p. 2. c. 1. n. 129. Rot. coram bo. me. Bur- rat. dec. 239. n. 5. vers. scut. ultra alias distictæ rela- tas in bilancio dicti tertii Periti, de quibus in sum. Co. Alex. n. 1. & 3. calculatis in scut. 8055. 60.

Nec dicatur quod d. expensæ, exceptis aliamentis prætensiis in scut. 3590. sint calculata ad creditum Co. Alex. ut in relatione tertii Periti, ibi, trōno refa- re debitore il d. Sr. Conte Alessi. in sc. 46766. con li quali si doveranno far buone le spese de gli alimenti, excep- tio + enim unius partitæ præsupponit aliarum inclusionem, Aym. conf. 214. n. 1. Rot. dec. 145. n. 6. & dec. 391. n. 14. p. 1. rec. & clariss. ibi, e per che da molte partite posse in credito al S. Co. Alessand. ne preten- dono le giustificazioni, l'ho posso in credito conditiona- te, benche siano calcolate come liberi. Unde si adhuc expectata liquidatione + alimentorum condemnandi esset Tutor pro reliquatu in scut. 1070. multò magis dum essent liquidata, quæ frustra expectatur in d. summa, quæ superat receptum, Surd. dec. 184. n. 4. Rot. apud Zacc. de oblig. Cam. secundū ultimam impress. dec. 166. n. 4. & 5. quia quemadmodum ali-

menta, quæ posita in eodem Bilancio cum aliis ex- pensis, non sunt detrahebæ de d. reliquatu, ita nec a- lia, alias bis detraherentur alimentorum expensæ; quod convincitur ex lectura totius bilanci facti à tertio Perito, & pro exemplo inferiat admissio partitæ expensarum an. 1628, ibi, haveret scut. 2866. 81. di moneta in somma discuti 3220. 90. per diverse spese è pagamenti 7354. 97. jono per le partite contro- verse, le quali si remittunt da decideri. Unde uti reje- ctæ ad decisionem non fuerunt calculatae, & propo- terea cùm partita in suspeso relicta sc. 8055. de quibus, in d. Bilancio, superent reliquum sc. 4676. donec isti discutiantur, non est locus relaxationi mandati + pro prætentio reliquatu sc. 1076. ne gravi- tur Tutor, respectu quod retinere posset, quamvis constet clare de receptione per d. Tutorem ad pu- pillos spectantibus, Grat. dec. 179. n. 1. Ant. de Amat. var. resol. lib. 2. ref. 59. n. 13. Rot. d. 727. n. 5. p. 2. rec.

Ultra quod cùm in pluribus partitis d. Peritus erraverit, + ut in partitis de an. 1626. scut. 8. sum. 10 Co. Alex. n. 3. ibi, queste non si menano buone per che secondo si vede sono state poste duplicate per che poco di sopra si vedono l'iselle, & per il medesimo effetto. Et tamen istæ sunt ann. 1625. & sic non sunt duplicate, ut diversi anni, quod apparet ex le- cta earumdem partitarum, ejus relatione standum non est, l. 2. C. de jur. Fisc. ubi Bart. potuit enim errare, & gravare etiam in aliis, Montan. de tut. c. 38. n. 88. Amat. in d. l. n. 49. & 65. Et ita, &c.

## DECISIO XLIII.

R. P. D. PEUTINGERO.

Romana Fideicommissi de Compagnolis.

Veneris 26. Junii 1646.

## SUMMARIUM.

1. Egidiana intrat in possessorio, inter laicos. Ut evi- tetur injuritiam notoria non requiritur n. 7.
2. Immissio fideicommissario ex quibus conceditur.
3. L. cum Avus C. de fideicom. dispositio, quan- do non intret.
4. Mulier alia bona præter dotem habere non præ- sumitur.
5. Legitima non detrahitur à non conficiente inven- tarium, qui alienavit.
6. Retentio ex illiquid, non datur.

Dominii dixerunt sententiam A.C. conceden- tem immissionem in possessionem domus, de qua agitur, fororibus de Compagnolis fuisse validam, & justam, & ideo Egidianam intrare, + quia versamur in possessorio inter personas laicas agitato super re prophana, Rota coram Buratt. dec. 63. n. 1. & in recent. dec. 80. n. 1. p. 4. tom. 3. Seraph. dec. 603. n. 1. Validitas enim ex requisitis in dec. 260. part. 2. Caputq. colligitur, & justitia patet ex testa- mento Elenæ matris harum fororum, vocantis eas ad fideicommissum constitutum, super hac domo, post obitum Joannis Angeli, earumdem fratris; cuius obitus cùm fuerit probatus unà cum obitu Elenæ, in possessione ejusdem domus, + cuius identitas probatur ex ipsius Joan. Angeli hære- dis gravati, propria confessione, & ex testibus, summ. num. 4. & sufficentem leviores probationes, Rot. dec. 459. n. 3. part. 1. recent. & dec. 119. n. 4. part. 2. dec. 125. num. 4. part. 6. recent. His mu- lieribus tanquam fideicommissarii concedenda est

## Ad materiam de Alim. Decis. XLIV.

est immissio in vim, l. fin. C. de edit. Div. Adr. tall. Rota dec. 237. nu. 1. part. 1, & dec. 37. n. 6, part. 4. recent.

Non obstat, quod Joannes Angelus hæres gravatus deceperit cum filiis, & sic ex tacita vocatione resultante ex præsumptione leg. cum avus. C. de fideic. exclusæ censendæ sint substitutæ forores. Quia ultra quod Joannes Ange- lus fuit institutus sua vita durante tantum, cum Elena testatrix de tempore testamenti scivisset filiam Joannis Angeli, Joannam Plautillam, jam esse natam, cessat dicta præsumptio ad tradit. per Tiraquell. in l. si unquam verb. filios non habens numer. 28. C. de revocand. donation. Gomez. variar. resolut. tom. 1. c. 5. numer. 36. in fine, vers. sed certe. Roman. consil. 370. & ibi Mandos. in fine, Riminal. jun. consil. 46. nu. 58. Grat. consil. 9. n. 27. lib. 2. Paris. consil. 19. n. 99. lib. 2. Curt. jun. consil. 33. n. 5. lib. 1. tanto magis quia haec testatrix fecit explicitam mentionem de filiis substituti eosdem etiam substituendo, tunc enim non censetur voluisse admittere filios gra- vati, sed eos excludere, ut tradit Soccin. sen. in d. leg. cum avus nu. 38. Soccin. jun. consil. 128. num. 53. lib. 1. Mantic. de conject. lib. 10. titul. 8. num. 11. Fusar. quæst. 393. num. 11. Magon. deci- cis. Florentina 52. nu. 12. in princip. & versic. nec obstat, ubi dicit haec sententiam esse receptam, & maxime quia testes absunt, qui deponunt quod Elena testatrix matrimonium Joannis Angeli odio habebat, ut tradit Fusar. in simil. dict. quæst. 393. num. 120.

Nec immissionem impedita poterat prætentum creditum dotale Catharina uxoris olim Joannis Angeli sui secundi viri; quia hoc creditum mi- nimè videtur amplius extare, cùm præsumatur exactum ab hæredibus dicti secundi viri, eò quod fuerit in eadem quantitate ab ipsa solutum ter- tio viro, cum quo deinde matrimonium con- traxit, summ. Joanna num. 7. cum mulier + non habere alia bona præter dotem præsumatur, The- saur. deci. 42. num. 5. Rota deci. 166. num. 1. parte 4. tom. 2. recentior. deci. 231. nu. 2. part. 6. recentior.

Denique neque immissionem retardare potest detractio legitimæ Joannis Angeli hæredis gra- vati, + ex quo ipse inventarium non conficit, & corpus hæreditarium alienavit, Gratian. dis- cept. 570. nu. 29. & seq. cum aliis allegatis in Auxi- mania fideicommissi 13 Junii 1640, coram Reverendiss. D. meo Decano, & in Romana fideicommissi de Pelariis 28 Januarii 1647, coram R. P. D. meo Arguelles. Ulterius cum Joannes Angelus, & ejus hæredes fructus + domus controversæ ab anno 1629. quo lis fuit, mota huc usque percepe- rint, creditum, si quod habeat, redditus illi- quidum, & sic inefficax ad retentionem, ut fuit dictum in Signina Salviani 27 Aprilis 1640, cor- ram Reverendiss. Carillo Rot. deci. 493. num. 15. apud Cenc. de cens. & deci. 487. num. 9. & 10. apud Posth. de manut. maximè ad evitandam ex- clusionem Egidianæ, \* ad quem effectum opor- teret injustitiam esse claram, & indubitatam, ut per Buratt. deci. 780. num. 1. Rot. in Arimin. fideicommissi 28 Januarii 1641, coram R. P. D. meo Cerro, ex quibus esse locum Egidianæ responsum fuit utraque parte, &c.

2

## DECISIO XLIV.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana fructuum Censu.

Lunæ 16. Novembris 1648.

## SUMMARIUM.

1. Fructus dotis in pecunia consenserit soluto matri- monio exigi non possunt.
2. Diclo, super, importat hypothecam.
3. EQUITAS l. curabit C. de act. empt. non militat favore tertii creditoris.
4. CENSUS constitutio etiam sine scriptura probatur. Ex solutionibus fructuum per longum tempus constitutio probatur, nu. 5. Nomen cuicunque præfationi annua convenit, n. 11.
5. CAUSA mutatio unius contractus in alium non præ- sumitur.
6. Referendi non creditur non constito de relato.
7. Relatum magis attendit, quam referens.
8. Accollatio causam precedentis obligationis non mutat.
9. Probatio præsumptiva contrariis probationibus eliditur.
10. Veritas potius attendit, quam denominatio contrac- tus attendit.

**I**n instrumento venditionis vineæ, extra Por- tam Angelicam constituta, Jo. Bapt. Baccius ejusdem Dominus cum Petro Brunorio empore convenerat, ut in computum pretii teneretur do- tem scut. 500. cautum super vinea, eveniente ca- su restitutio, Lucretia uxori persolvere; in- terim vero annum redditum scut. 37. cum dimi- dio, iuxta dispositionem statutorum Urbis super fructibus dotalibus sanctitam; pacto insuper adjecto, quod eadem scut. 500. quoties restituvi con-tingeret, investiri deberent in censu vel locis montium non vacabilibus, qui pro evictione vi- neæ deservirent. In successivis postmodum ven- ditionibus, cum idem annuus redditus ab hærede primū Brunorii; ac singularibus deinde succe- ssoribus in vinea, accollatus fuisse sub expresso nomine census; Petrus Andreas ultimus ex his super indebita fructuum solutione judicium insti- tuuit coram A. C. quo pendente in judicio manu- tentionis, per hæredes Lucretia intentato, suc- cubuit. Delata proinde mihi causa, dubium pro- posui; an fructus debeantur, & eos indebitos esse DD. censuerunt, quia à primæ origine proveniebant ex titulo dotis consistentis in pecu- nia, quo per obitum Lucretia extincto, \* iidem ab illius hæredibus, absque usurparum labi, exigi non poterant, ut notant DD. communiter in cap. salubriter de usur. & ibi Innoc. nu. 1. & 2. Host. n. 5. & 6. Jo. Andr. n. 4. Bart. in l. at qui naturæ, §. non tantum, n. 2. ff. de neg. gest. & l. in Insulam, §. usuras ad finem, ff. solut. matrim. Rot. coram Mant. dec. 171. n. 4. & 607. n. 13. p. 4. tom. 3. recent. & in Romana pecuniaria, 7 Junii coram Emineniss. D. Card. Hieronymo Veropio.

Neque iidem fructus peti poterunt, ut debiti ex vinea, pro fundo dotali constituta, vel ex exequitate l. curabit C. de act. empt. in hac facti spe- cie propemodum militans, qua annuus ille redi- tus ad computum pretii supponitur accollatus: Ex instrumento enim appetit, dotem fuisse in quan- titate sanctitam, & solū assecratam super vinea, quæ inde censeri non potest pro fundo dotali \* 2 consti-